

cum soldanus babilonis iuit supra terram Accon & ipsam cepit & magnum dampnum *dauit in dapnum xristi-*
intulit xpistianis Jste soldanus Aden. impendit & misit de suis gentibus in *anis*
adiutorium soldani babilonis ut dicebatur circa triginta milia equitum. Et bene
quadraginta milia gamelorum & hoc magis propter hodium quod habet xpistianis
quam propter amorem soldani. Jttem uolumus uos scire quod naues aden. cormos
chisci & aliarum partium que nauigant per mare Jndum propter fragilitatem earum
sepius naufragantur. & si mare illud foret tam turbidum & austerum. & turbaretur
tam sepe quemadmodum mare de partibus nostris turbatur. nula nauis iter suum
perficeret/ quin naufragium pateretur Set quid faciunt mercatores/ & qui cum
nauibus illis nauigant. Ipsi quidem secum portant multa utra de corijs & cum
104^r° sentiunt| tempus & mare turbari replent ista vtra de perulis & lapidibus preciosis
si quos habent panis suis siue uestibus. & sibi certis uictualibus oportunis. itaquod
& postmodum omnia simul ligant admodum unius ratis siue çate ita quod si
contingat nauem ex turbine maris submergi ipsi omnes remanent super vtra. &
tunc secundum ductum procellarum de die in diem impelluntur ad terram quanto-
cumque fuerint in mari. si fuerint per miliaria ducenta longa a terra. & dum in
mari super huiusmodi vtra sunt/ quandocumque comedere uel bibere uolunt.
cibum & potum de ipsis itrīs accipiunt ipsa facientes cum flatu postmodum
tumefieri. Et per hunc modum euadunt set naues cum alijs mercimonijs grosis
perduntur. Nunc uero tractato de hijs ulterius procedemus ad narandum de
quadam magna ciuitate que est in prouincia Aden & habet regem unum paruum
& est uersus magistrum que nominatur Scier/. de ciuitate Scyer

SCyer est quedam magna ciuitas uersus magistrum & distat a portu Aden per
miliaria quatuor centum. Jsta quidem ciuitas habet quemdam comitem
qui suam terram manenet in iusticia. & habet multas alias ciuitates &
castra sub dominio suo. set tamen iste comes subditus est soldano Aden. Ipsius *isti macometi legem ob-*
104^v° gentes macometi legem obseruant. Jsta quidem ciuitas| habet bonum portum *seruant*
nam illuc multi mercatores. & naues de Jndia cum multis mercimonijs ueniunt.
Et ab ista ciuitate uadunt mercatores cum multis nauibus & mercimonijs in Jndyam.
portant etiam mercatores ab ista ciuitate multos pulcros sonipedes de duabus sellis
in Jndyam/ qui sunt magni ualoris & mercatores de ipsis multum consecuntur
lucrum & profectum. In ista prouincia nascitur magna quantitas thuris boni quod
est album dactali ibi nascuntur in magna quantitate non habent segetes nisi
risum & de illo parum set illuc mercatores apportant segetes de quibus faciunt
magnum profectum & lucrum pisces uero habundanter habent. & proprie tunnos
& est tanta copia ibi de ipsis quod pro uno ueneto grosso haberentur duo. tunni.
uiuunt de riso carnibus & piscibus. uinum uero de racenis non habent. set ipsum
conficiunt de riso çucharō & dactalis. Arietes quidem sine auribus habent. neque